fuisse. ex quib; apostolos elegit. quib; a solis ortu usq; ad occasu omne genus hominu
uocare precepit. quando dixerat. eritis mihi testes in hierusalem & in omni iudea & sa
maria. & usq; ad ultimu terre. & hoc ex sion inquiens incipiens ab hierusale. Deus
manifeste ueniet. xps qui occult' uenit & humilis ad nram redemptione. mani
fest' ueniet & gloriosus ad iudicandu; Deus nr. Nr uidelic& de quo dicit. ppt susceptio
one nature generis nri; & non silebit. sed manifeste iudicabit. Siluit enim ueniens. s&
non silebit rediens. Siluit autem. & sil& in presenti omnia tolerando nemine iudican
do; & prorsus hic quide siluit. quia nemine condempnauit. nullu iudicauit;
Sed non silebit in die iudicii. manifest' ad utruq; ueniens. & ad remuneran
du iustos & ad iudicandos repbos. Iusta quod per esaia dicit. Semp silui paciens fui. Num
quid silebo. uelut parturiens loquar; Nam siluit non predicatione. sed condep
natione; omnes enim uocauit. nullum condempnauit. Loquetur autem uel parturiens
mare & quadam uociferacione pro multitudine indignacionis sue. Ignis in conspectu eius
exardescet; ignis ille scilic& quo feratur omnis terra in die iudicii coburenda. per quem
omnes sci coram dno euolabunt. Uel & iam igne appellat feruorem iudicii quo omnes
repbi infelicissime dampnabuntur in finem sedi; Et in circuitu eius tempestas ualida.
Atque scilic& ille sup celestes que primordialiu similitudinem retinent possumus &
tempestatem ualidam uim & asperitatem illius ultimi iudicii accipere. In circuitu
inquit eius tempestas ualida. i. tam ualidum & feruens iudicium quod sufficiat ad
euentilandas omnium repborum paleas. Aduocauit celum desursum, celum appellat
angelicas uirtutes & celestium spirituum cateruas; per terram uero terrenos omnes.
sed iam celestes bonis operibus factos. Quibus dicetur in die iudicii. Esuriui & dedistis
mihi manducare; & cetera; Iudicabuntur enim & saluabuntur. Siue & iam per celu
electos debemus accipere. Qui iudicare possunt. nostra conuersacio in celis est. Per
terram uero repbos qui terrena tantum requirunt. Aduocauit ergo celum desursum ad
iudicium. & terram. i. omnem angelorum & hominu multitudine. & eos qui iudicabunt.
& eos qui iudicabuntur. & electos & repbos; & hoc quare discernere populum suum.